



**Francisci Monacelli Eugubini J. U. D. Protonotarii
Apostolici, olim Ecclesiæ Venusinæ, ac deinde Æsinatis
Vicarii Generalis, &c. Formularium Legale Practicum Fori
Ecclesiastici**

In Quo Formulæ Expeditionum usufrequentium de his, quæ pertinent ad Officium Judicis nobile, continentur ; Opus Episcopis, Vicariis Generalibus,

Aliisque Iurisdictionem quasi Episcopalem exercentibus: necnon Confessariis, Parochis, Cancellariis, cæterisque in dicto Foro versantibus,
apprimè utile ...

In qua præter Supplementum Formularum Fori extrajudicialis, accesserunt quamplures Formulæ Fori contentiosi, necnon nonnullæ litteræ Pastorales non minùs utiles, quàm necessariæ gubernium Ecclesiasticum assumentibus, ab eodem Auctore annotationibus auctæ, sacræ paginæ oraculis, & Sacr. ...

Monacellus, Franciscus

Venetiis, 1707

R. P. D. Emerix. Romana, seu Florentina Legatorum. Veneris 26. Junii 1682.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62423](http://urn.nbn.de/hbz:466:1-62423)

9. Nullatenus relevante, quod ipse Melchior possessionem ejusdem Beneficii cœperit, quia animadversum fuit hanc eamdem possessionem illi non posse suffragari, dum capta fuit propria auctoritate, & nulla præcedente collatione, aut institutione auctoritate Apostolica, aut Ordinaria facta, & cum ex illa nullo modo juvari possit, nec effici valet legitimus contradictor ad impedien. Carolo immisionem, & ob id dicitur cecidisse à quolibet jure, quod sibi competere posset in dicto Beneficio juxta famigeratum text. in cap. Avaritiae de elect. in 6. & eo magis, quia cum hujusmodi Beneficium antecedenter, & ad instantiam defuncti Balthasaris fuisset effectum litigiosum, de eo nullus disponere poterat præter Papam ad quem spectabat collatio cap. 1. & 2. ut lit. pend. in 6. Clem. 1. codem tit. Gonz. ad regul. 8. gloss. 6. nu. 145. & 146. Barbos. de offic. & pot. Episc. alleg. 57. nu. 47. & 48.

Et ita utraque &c.

R. P. D. E M E R I X.

*Romana, seu Florentina Legatorum.
Veneris 26. Junii 1682.*

A R G U M E N T U M.

Executores Testamentarii, non tenentur propriis sumptibus item agere.

S U M M A R I U M.

- 1 Executores Testamentarii item sustinent expensis hereditatis.
- 2 Expensæ litis cedunt in computum legati.

D E C I S I O XI.

UNa cum Dubio principali hac eadem die deciso ad favorem Monasterii, & Monachorum Sanctissimæ Trinitatis Florentiae resolutum quoque fuit eis subministrandas esse expensas litis, juxta modum inferius exprimendum.

1. Cùm enim Executores Testamentarii, non teneantur propriis sumptibus item agere, adhoc ut voluntas Testatoris Monacelli Form. Pars II.

adimpleatur, sed id fieri debeat expensis hereditatis, ut tradunt Covar. in cap. Joannes in fin. vers. expensas autem de testam. Molin. de Just. & jur. tom. 1. disp. 284. litt. C. g. utrum vers. observat Parif. cons. 26. sub nu. 17. vers. quo stante cum duobus seqq. lib. 4. Carp. de Executione testament. lib. 3. c. 3. n. 60. & cap. 8. gloss. 1. n. 19. Bursatt. cons. 18. n. 20. Giurb. ad consuetudin. Messan. cap. 2. gloss. 13. sub nu. 21. vers. sed eo in casu p. 1. Coccin. in annot. decij. 245. n. 1. conseqvens est, quod Monachis in quorum Ecclesia sepultum fuit corpus Alexandri Testatoris, & ad quos ex testamento spectat onus curandi adimplementum legati, ve- niunt subministrandæ litis expensæ.

2. Nil refragante, quod Testator pro eadem cura, & diligentia Monachis commissa ei reliquerit annua scuta quatuor, quia visum fuit DD. hoc solùm posse operari, quod pecuniae subministrandæ pro expensis litis, cedant in diminutionem eorum annui legati, non autem quod expensæ non sint interim subministrandæ ex auctoritatibus suprà allegatis.

Et ita utraque &c.

R.P.D. ALBERGATO DECANO.

*Burgen. juris deputandi Curatum
Luna 21. Februar. 1684.*

A R G U M E N T U M.

Curati Ecclesiarum Parochialium, quæ sunt unitæ mensæ Monachorum, non habent statum collativum, sed deputantur ad illas etiam Monachi ad nutum Abbatis.

S U M M A R I U M.

- 1 Beneficia sacerularia Sacerularibus, regularia Regularibus conferuntur.
- 2 Beneficia manualia non conferuntur in titulum, sed in administrationem.
- 3 Beneficium sacerulare per unionem Monasterio Regularium factam, acquirit naturam Regularis.
- 4 Unio ex quibus probetur, ostenditur.
- 5 Monachi S. Benedicti habent facultatem deputandi Curatos amovibiles in Ecclesiis Parochialibus depen-

B b den-